riam, in quam operationis ſuæ ingeniũ cõuertit, diſſoluit primum, diruptis ijs, quibus irretita erat, vinculis: tum in nouum compoſitum, nõ naturale quidem, ſed artis beneficio, naturali hominis ſtructuræ vtile futurum, anguſtioribus limitibus circumſcriptum, coërcet. Nõ quidem abnuerim, ſi Chymicum artificium, mirabile cupiti lapidis ἑρμαῖον cõtingere poſſet, magnò cum ſanitatis humanæ & reciperandæ & conſeruandæ emolumento futurum eſſe. Quãdo autem tam magna ambiguitas heic latet abſcondita, vt qui in illa deſudârint, ceu rei penitùs ἀδυνάτου omnem operam & oleum imprudentiſſimè proijcere exiſtimentur: nos nõ minus theoricam illius cõtemplationem, quàm practicam occupationem, ingenioſioribus alijs,

Queis meliore luto finxit præcordia Titan,

committentes, ſola Chymiæ principia, quatenus ea, pharmacorum præparandorum miniſterio Therapeiæ deſeruit, impræſentiarum ſub exacti iudicij cenſuram reuocabimus, quam viri pręſtantes, à veræ Medicinæ principijs, & recto legitimoq; curandi ſcopo aberrare putaue-